Ara pietatis & memoriæ, qvam Holmiæ consignatam, viro nobili et amplissimo ...

Ruuth, Simon Bartholdsson,

82 Aa 13/2 Ruuth

KUNGL. BIBLIOTEKET
National Library of Sweden

ARA
PIETATIS & MEMORIÆ,
Qvam
HOLMIÆ CONSIGNATAM,
VIRO NOBILI ET AMPLISSIMO DOMINO,
DN. PETRO RUUTH,
HÆREDITARIO IN Bårgſtatt/ CONSULI WIBORGENSI MERITISSIMO,
AVO SVO VENERANDO,

POST PERACTUM LONGINQVUM ITER

ANNO CIƆ IƆC LXXI,

WIBORGI EREXIT

SIMON RUUTH, HOLMIENSIS.

NObile delicium SALVE, pia gloria noſtrûm,
O AVE, qvo gaudet ſoſpite tota domus:
Fauſta voluptatem tua fert præſentia nobis,
Ut ſitiens gelidis cum relevatur aqvis.
Læta fuit ſemper, ſtudioqve effuſa videndi
Omnis in occurſus mens mea rapta tuos:
Contigit auſpiciis nitidisſima ſortis imago,
Paſcimus in vultu lumina noſtra tuo.
Qvid, VENERANDE SENEX, dicam? Mihi lingva loqventi
Deficit, & læto; gaudia magna creas:
Qvam gravis, admiror, formet prudentia mentem,
Qvam currat vegetis litera ſcripta notis:
Qvam vivas inter Senii vitæqve labores;
Qva cura ſtudium relligionis ames:
Non dubium, qvin aſpiciat CLEMENTIA COELI
Ætatem, ſancta qvæ pietate viget.
VIVE, precor, Pyliiqve dies tranſcende ſenectæ,
Atqve DEI placido munere perge frui:
Mens tibi tranqvilla eſt, nec grandis conſcia culpæ,
Non gravis hæc patriæ, non fuit illa bonis:
Vixiſti CONSUL; NATUM florere PARENTEM
Aſpicis, & MAGNI REGIS in officiis:
Ulterius magnum videas DECUS, atqve Nepotes
Caros divina proſperitate frui.

HOLMIÆ,
Excudebat FRIDEMANNUS HETSTÄT.